



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio q[ua]rta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

celum et terram: et spiritus domini ferebatur super aquas. Et vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. **¶** Igitur perfecti sunt celi et terra et omnis ornatus eorum. **Et. Lectio iiij.** Dixit vero deus. Congregetur aque que sub celo sunt in locum unum et appareat arida. et factum est ita. **Et** vocavit deus aridam terram: congregationesque aquarum appellavit maria. **Et** vidit deus quod esset bonum et ait. **Berminet terra herbam virentem et facientes semen et lignum portans fructum iuxta genus suum cuius semine in semetipso sit super terram. Et factum est ita.** **Et** protulit terra herbam virentem facientes semen iuxta genus suum: lignumque faciens fructum: et habens unumquodque seminem secundum speciem suam. **Et** vidit deus quod esset bonum. **Et** factum est vespere et mane dies tertius. Tu autem domine. **¶** Formavit igitur dominus hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite. **Et** factus est homo in animam viventem. **¶** In principio fecit deus celum et terram et plasmavit in ea hominem. **Et gloria. Et. Sermo beati iohannis episcopi. Lectio quinta.** Dignitas humane originis facile agnoscitur considerata. So-

limitate auctoris. Nec enim facile poterat esse vel leve quod manus sacra confinxit et celestis status in vitalem substantiam animavit: maxime cum idem artifex deus potestatem suam in omnem fabricam eidem homini fuerat traditurus: ut quem secundum presidem post se facere disponebat eundem faceret plenum atque perfectum. Tu autem. **¶** Tulit ergo dominus hominem et posuit eum in paradysum voluptatis. **Et** operaretur et custodiret illud. **¶** Formavit igitur dominus hominem de limo terre et posuit eum in paradysum. **Et** operaretur et custo- **Lectio quinta.** **¶** Et ut haberet in sese dignitatem qua precelleret et potestatem qua cunctis animantibus imperaret soli serviens illi a quo et cuncta fuerant sub iugata ut imperaret mundo: serviret deo: creatorem suspiceret creaturam sibi parere compelleret: tantumque ditionis se se domino debere perspiceret: quantum ipse a creatura exigeret habens in propria potestate et obedientiam et contemptum obedientiam qua viveret: contemptum quo digne pro merito interiret. **¶** Dixit dominus deus non est bonum esse hominem solum. **¶** Faciamus ei adiutorem solum simile sibi. **¶** Ade vero il-